BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 55r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



deflexe non additur; quia nimirum cetera
uirtutum species commune aliquid cum his qui
in terra adhuc detinentur habere uidetur,
Certamen uero martyrii et decus dō dicate uirgi
nitatis. quasi ab infimis ac terrenis reb; sus
pensum. et supernis ciuib; specialiter constat
esse coniunctum, Nam et martyr in tormen
tis positus. nil aliud toto animo intendit. quā
ut omnia quae sunt in hoc mundo et ipsum simul
mundū citius relinquat. atq; absolutus dolori
bus. cunctis ad uidendū mundi conditorē. et ea
quae ultra mundū sunt gaudia possidenda per
ueniat. et caelibes dum communem generis hu
mani legem qua dictum est. crescite et multi
plicamini et replete terram. in tuitu maioris
praemii transcendunt. Iure uel ut altiorem ceteris
fidelib; Immo ipso mundo sedem sibi eligunt.
sicq; socialiter in ecclesia uiuunt. ut socialem
ecclesiae conuersationē honore merita sublimi
oris antecedunt. Unde de talibus recte
scribit iohannes. q; empti sunt ex hominib;
primitiae dō et agno. recte talis latino ser
mone uel uirgines quasi uirtute insignes uel
celibes quasi caelo beati cognominantur.